



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Theologiæ Mysticæ, Seu Facilem & practicum modum
Exercitia Spiritualia S.P. Ignatii Loyolæ per octiduum faciendi - item
triduanam recollectionem fructosè instituendi complectens, Et
Sacerdotibus Præcipuè, aut de Sacerdotali Statu suscipiendo
deliberantibus accomodata, Una cum ...

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1680

Med. II. De voto castitatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48834](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48834)

Confidera II. Quàm longè tu adhuc abſis ab hac perfectione, quàmque ad eò indignus haecenus fueris, tam copioſos tantæ Matris favores experiri, utpotè qui toties & tam graviter eam offendere non ſis veritus.

Confidera III. Quomodo prædicta officia ſaltem deinceps tantò accuratiùs atque perfectiùs exhibere velis, quantò prædò dolor, negligentius ea haecenus præſtitisti. Colloq. ad Chriſtum.

Pro ſeptima Die.

MEDITATIO II.

DE VOTO CASTITATIS.

Punctum I.

Confidera I. Quare & Eccleſia Fundatores Religionum plerumque à ſuis Sacerdotibus & Religioſis tam perfectam, & quaſi Angelicam Caſtitem exegerint, videlicet ideò, quia ſciebant, eos per vorum caſtitalis ipſi Deo deſponſatos eſſe; ſi ergo tanta caſtitas, & fidelitas à ſponſibus Principum hujus mundi requiritur, ut vel minima etiam ad alienos amores declinatio pro gravi culpa habeatur, quantò deſtabilior erit ſponſa, quæ fidem ſupremo rerum Domino ſemel datam violare auſa fuerit?

Confidera II. Quid potiſſimùm à te requirat perfecta caſtitas, videlicet, ut caveas tria vitia in cogitatione committi ſolita (negligentiam in repellendis turpibus deſiderijs, moroſam delectationem, & voluntarium conſenſum) tria in verbo (ſcilicet colloquia ſenſualia, parùm honeſta, omnino turpia) tria in opere (nimirum aſpectus, oſcula, & tactus à copulâſque inhoneſtas.

Confidera III. An & contra quod caput ex iſtis haecenus peccârîs, & quomodo deinceps tale peccatum vitare velis.

Punctum II.

Confidera I. Quantos favores & voluptates ſperare poſſis, ſi fidelis ſponſo tuo extiteris, & licet à pluribus procis, id eſt, ſenſibus proprijs, & carne ad adulterium provocatus, ſemper tamen generoſè victoriam retuleris, neque unquam vel

Inſtr. VIII.

S s

mini-

minimum ad alienos amores declinâris; nimirum experientis verum esse, quod olim B. Virgo nostro P. Ledesma accidit voluit: *Divinâres est Castitas, majora sed sunt præmia, qua continentis dat Deus.* Sed & cum S. Bernardo exclaimabis in Jubilo: *Nec lingua potest dicere, nec littera exprimere, expertus potest credere, quid sit Iesum diligere.*

Considera II. Quantum per hanc tuam castitatem etiam in proximum tuum fructus redundaturus sit; si enim Elic toti suæ genti salutem peperit, quia Asiteri amorem sibi obvinxerat, an non tu similem gratiam à sponso tuo infinitum liberaliori sperabis, si generoso atque constanti adversus omnes procos spirituales certamine ejusdem sponsi tui amorem tam copiosè promerueris:

Considera III. Quomodo ergo tantis præmijs, & potissimum ipsâ sponsi tui dignitate & amabilitate illectus, denudò fidelitatem non modò voverè, sed etiam perfectissimè servare velis. Colloq. ad B. V.

Punctum III.

Considera I. Quæ potissimum impedimenta à perfectio hujus virtutis exercitio te impediverint. Tria præcipue peries. Primum erat, exigua cura de rebus spiritualibus; nam gustato spiritu despicit omnis caro; & hinc sicut Patrum spiritus uales volentes ab amore carnali suadent, frequenter cum talibus Personis amatis conversatio inhibetur; ita Dæmon omnibus modis impedire conatur frequentiore cum Deo congressum, bene gnarus, hoc mirè amorem erga Deum augeri, & hoc ipso carnalem amorem proscribi. Secundum erat, nimia de voluptatibus carnalibus æstimatio, unde frequentius perpendendum erit, quàm vana, falsa, turpis, brevis & tam corpori, quàm animo noxia sit hæc voluptas, similis videlicet pomo Fenelæ Reginæ, quod pulchrum quidem aspectu, sed tactum à Xerxete Rege, plures in eum sagittas eiecit, vitamque abstulit. Tertium erat nimia confidentia in proprijs viribus, unde oculi minùs cautè custoditi, aliæque occasiones huic virtuti inimicæ negligentius declinata. Quare deinceps memineris esto, te hominem esse ex carne compositum, nec posse constantem esse, nisi Deus det; qui tamen ipse neutiquam des-

bit hoc donum, ſi humilem in te, ſibiſque diffidentem animum non deprehenderit.

Confidera II. Si Sponſæ magnorum Principum omnes occaſiones, per quas ad fidem ſponſo frangendam induci poſſent, tam ſtudioſè declinant, quanto magis tu prædicta impedimenta libenter & fortiter removeſe debeas, utpotè quæ omnes eas voluptates & promiſſa, quibus caro & ſenſus tui ad ſui amorem te invitant, infinities prætantius in ſponſo tuo reperias.

Confidera III. Quomodo proinde tuas in hoc negotio partes implere, & vel nunc denuò cum S. Agnete exclamare volis: *Amo Chriſtum, in cujus thalamum introibo, quem cum amavero, caſta ſum: cum tetigero, munda ſum: cum accepero, Virgo ſum.* Colloq. ad Chriſtum.

Pro VII. Die.

CONSIDERATIO

DE NEGOTIATIONE SPIRITV ALI.

Punctum I.

Perpende vitam noſtram juxta S. Gregorium eſſe nundinas, atque adeò te, reliquòſque homines Mercatores eſſe; vide ergo quomodo negotiationem tuam hætenus inſtitueris, &

Examina te 1. An, ut Mercatores temporis accurariſſimam habeas rationem, memor conſilij à ſapiente dati Eccl. 14. *Non defrauderis à die bono, & particula boni doni non te prætereat?*

Examina te 2. An, ut mercatores adhibeas optimum negotiandi modum, qui in tribus maximè indiſtrijs conſiſtit, quarum prima eſt, ut eas merces compares, Deòque vendas, quæ pluris ab eo æſtimantur, majorique pretio emuntur, id eſt, ut opera ea libenter facias, quæ Deo gratiora ſunt, v. g. opera charitatis, patientiæ, abnegationis ſui &c. Secunda eſt, ut pondus ijsdem mercibus tuis per fervorem adjicias. Tertia eſt, ut ſummo, quo potes, pretio easdem vendas, id eſt, ex optima intentione, ſcilicet ſolius beneplaciti divini easdem peragas?

S s 2

Exami-

Examina te 3. An, ut mercatores instrumenta luctandi a-
tiosa esse non finas, id est, an, si opere ipso completere deside-
ria tua non potes, saltem ardentem desideres facere; nam hic
hic modus non infimus est ditescendi spiritualiter; si enim,
qui approbat peccatum, perinde punitur à Deo, ac si patif-
fer; cur is, qui verè opus virtutis desiderat, sine præmio o-
rit, cum Deus facilius remuneret, quàm puniat?

Examina te 4. An ut mercatores sæpius lucri damna ven-
tiones in eas, per examina quotidiana, menstrua, annua, co-
nerisque refarcire, quod per incuriam aut oscitantiam à
neglectum esse advertis?

Punctum II.

Perpende motiva hujus negotiationis spiritualis. Pri-
mum petitur ex Emptore, cui venduntur, cum enim Deus om-
nes merces operum tuorum ardentissimè desideret, promp-
tissimè accipiat, liberalissimè compenset, an non vel hoc ob-
tulo merces & optimas, & plurimas illi offeres?

Secundum petitur ex ipsis mercibus; cum enim minima
particula gratiæ plus valeat, quàm omnia regna & universa
natura; & ex altera parte id, quod leve & momentaneum
est, tribulationis (& operationis) nostræ, æternum gloria
pondus operetur in nobis, teste Apostolo 2. ad Corinth. 4.
an non Ecclesiastici consilium sequeris c. 9. dicentis: *Quid
unquam potest facere manus tua, instanter operare &c.*

Tertium petitur ex ipsa negotiatione, quia hæc sine pecca-
to proprio, damno alterius, cum magna laude & honore,
summa quiete & voluptate, insigni Dei & Sanctorum appro-
batione instituitur; & præterea certam continet securitatem
de jactura lucri, cum sine tua voluntate nunquam illud amitte-
tere possis.

Quartum petitur ex ipso venditore, scilicet re ipso, qui
cum, tot præclaras lucri occasiones neglexeris, & tam sancto
hanc negotiationem incipias, meritò varijs industrijs præ-
cedentia damna recuperare conaris.

Punctum III.

Perpende, quæ media tibi ad hanc negotiationem con-
ducant

ducere possint quatuor maximè suggero.

Primum est, ut frequenter Mercatorum temporalium fervorem, atque diligentiam animo volvas, eorumque exemplo ad omnes labores difficultatésque devorandas te excites, illud tibi assiduò occinens: potuerunt isti & ista, & tu non poteris?

Secundum est, ut magno animo atque ingenti spiritualis lucri desiderio negotiationem hanc auspiceris.

Tertium est, ut Nundinarum, id est, vitæ tuæ tempus brevissimo termino tibi circumscribas, ideòque illud S. Pauli 2. ad Corinth. 6. frequenter in ore animòque habeas: *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis.*

Quartum est, ut Mercatorum more oculos mentis non ad opes comparatas, sed eas, quas adhuc comparare potes, concipias, nam in hac sola negotiatione avaritia laudabilis est, votaque non tormentum, sed consolationem & fructum afferunt servo Dei.

Pro VII. Die.

MEDITATIO III.

DE VOTO OBEDIENTIÆ.

Punctum I.

Considera I. Quantopere quisvis Religiosus vel Sacerdos obligetur ad obedientiæ studium toto animi conatu suscipiendum; si enim vi status ad perfectionem tendere debet, an non meritò obedientiæ peculiariter studebit, utpotè quæ sola securissimo simul & compendiosissimo tramite per omnes tres vias ad ipsum supremæ perfectionis apicem perducit. Et primò quidem per purgativam, quia obediens loquetur victorias, contra peccata scilicet, passiones & inordinatos affectus. Hinc rectè S. Augustinus dixit: *expedit inferius subjici superiori, ut ille, qui subjici vult, quod est inferius, se subjiciat superiori suo; Agnosce ordinem, quaere pacem; Tu Deo, tibi caro. Tu majori, tibi minor, &c.* Deinde ducit per viam illuminativam, quia, teste S. Gregorio, obedientia virtutes reliquas menti inserit, insertasque

S s 3

custodit